

Ladislaus dei gratia Hungarie Bohemie
 Palmarie Croatiae etc. Rex Austriae dux
 Carinthiae Moraviae etc. Honorabili Henrico
 Roben plebano Gorlicensi devoto nostro
 dilecto gratiam regiam et omne bonum
 licet memores simus dedisse tibi con-
 sensum vigore iuris patronatus quod
 ad nos ut regem Bohemie in ecclesia
 Gorlicensi pertinet ut liceret tibi ipsam
 ecclesiam quandocumque velles cum alia
 permutare, tamen quia iusta et honesta
 causa nos movet consensum illum ge-
 neralem tunc tibi prestitum, sic in
 presenciarum restringimus et limita-
 mus, volumus enim licere tibi permuta-
 tionem de ecclesia Gorlicensi facere
 nisi ipsa ex permutacione tua ad vicum
 sancte victoris proveniat, qui commu-
 niter civitati nostre Gorlicensi bene
 placeat et sit acceptus. Si enim aliter
 furere velles quod minime credimus
 consensu nostro iuvari te nolumus